

- Teutomari.* Inter Saxones & Suevos erant Teutomari & Viruni. Horum civitates nunc sunt *Havelburg & Welfenach*.
Postea Teutones & Avarpi, quorum civitates nunc sunt *Berlin & Brandenburgensis* civitas.
- Ælvæones.* Inter Ruticios & Burguntos habitabant Ælvæones. Quorum civitates creduntur nunc esse, *Grandnix & Toren*.
- Lingæ.* Sub Semnonibus habitabant Lingæ, quæ nunc pars est Lausnitia.
- Lutimani.* Sub Burgundis autem Lutimani, & Longiduni, ubi nunc est Stargardia in Pomerania.
- Calucones.* Sub Illingis ex utraque parte Albis degebant Calucones, ubi nunc est Hertzberg & pars Misnia, circa Servestam, *Zerbst*.
- Cherufci.* Cherufci inter Albim & Visurgim fuere, partemque Saxoniam inhabitaverunt, cum Duringia.
- Chamavi.* Chamavi eam tenebant terram, quæ nunc est Misnia, usque ad Melibocum montem.
- Bonochæmæ.* Versus ortum Albis habitabant Bonochæmæ, circa *Cottovitz & Dreßen*.
- Batini.* Supra hos erant Batini, ubi nunc est Ducatus Sagensis.
- Corconti.* Super hos Corconti fuere, ubi hodie *Gorlitz* est & Pautzen, usque ad Poloniam.
- Luti Buri.* Luti Buri usque ad Vistulam portendebantur. Hodie Silesia est, & Polonia pars.
- Sidones.* Inde Sidones erant, ubi nunc Ducatus Oppolensis.
- Cogni.* Post illos Cogni, ubi hodie Ducatus est Techenensis.
- Visburgii.* Visburgii supra silvam Hercyniam, nunc pars sunt Moraviae circa *Olmütz*.
- Causari.* Causari, Nertereanes, Danduti, ubi hodie Comitatus Hennenberg, & Smalcaldia, Egra, &c.
- Turoni.* Turoni & Marovingi, circa Ambergam, usque ad silvam Bohæmorum.
- Catti.* Iterum sub Chimavis Catti erant, ubi nunc Hassia.
- Tubanti.* Tubanti supra Cattos hodie censentur regio Eichsfeld & silva Hartz.
- Teuriochemæ.* Inde ad Sudetes montes erant Teuriochemæ, jam Foytlandia esse putatur.
- Varisii.* Sub montibus erant Varisii, ibi nunc civitas est Babenbergensis.
- Curiones.* Sub Martugnis erant Curiones, inde Chætuori, ubi hodie *Krems, Zniam, Niclaesburg*.
- Marcomanni.* Marcomanni nunc Moravi sunt.
- Quadi.* Sub silva Hercynia Quadi erant, ubi nunc sunt oppida *Kam, Kalmütz, Grafenau*, usque ad Lunam silvam.
- Bojohæmi.* Sub silva Luna, seu potius inter silvam, gens magna erat Bojohæmorum, cujus imperium olim tenebat Maroboduus, Romanorum bellis clarus.
- Atque horum populorum meminit Ptolemæus.
- Plures alias Germanicas gentes ponit Tacitus. Inter hos Marfos recenset, qui non procul Germania.
- à Rheno abfuere. Initio Sicambri contermini, postea haud procul à Teutoburgensi saltu. Horum fuit templum Taufanæ celeberrimum. Sunt qui huc referant Otmarfenses. Et horum reliquæ creduntur Diet-Marfi.
- Bructeri à Ptolemæo non nominantur; Bructeri. factores parvi sunt, quos Drusus pugna navali in fluvio Amisio devicit.
- Mattiaci sunt Marpurgenses. nec dubium Mattiaci. quin Ptolemæi Mattiacum sit Taciti Mattium. Errant, qui Zelandos esse putant.
- Vispii Zutphanenses sunt. *Vispii.*
- Hermunduri ad Albim sunt, pars Bohæmiæ. *Hermunduri.*
- Agrii & Helvecones Taciti fortè sunt, qui *Agrii.* nunc Hallandiam incolunt.
- Peucinos & Bastarnas Plinius Dacis conterminos facit. *Peucini.*
- Rugii, hodie Pomerani sunt, superest & insula Rugiorum ex opposito Suevi fluminis. *Rugii.*
- Sujones Taciti fortè sunt Sueci & Dani. *Sujones.*
- Sitones fortè ii sunt, qui Lyflandiam habent. *Sitones.*
- Ultra Vistulam in Sarmatia Europæa habitabant Gothones, Alani, Rugii, Scyri, Vandali, & aliæ Gothorum gentes. Sinus Venedicus ad Prussiam spectat. *Gothones, Alani, Vandali.*
- Samogithia Livoniae & Prussiae annectitur.
- Ptolemæus hic Galindos, Bodmos, Sudinos, Sevinos, Hamaxobios & Carionas posuisse videtur.
- Ruffiam, Moldaviam, Valachiam olim inhabitaverunt Massagetæ, Iasyges, Roxolani, Chuni. At Occasum versus Peucini & Pasternæ, Aradoci, Navarri, Tyrangetæ, Sauromatæ & Gythones, cum aliis nationibus Gothicis.
- Atque hanc quidem Germaniam, terris informem, montibus asperam, cultu aspectuque tristem, in universum silvis horridam, aut paludibus fœdam, utrisque inviam, veteres prodiderunt.
- Nomen Germanorum unde deductum sit, disquirunt. Ipsa gens suo sibi vocabulo semper appellata fuit *Teutisci*, vulgo *die Teutische*, ab ipsius veri æternique Dei, rerum omnium conditoris, antiquissima, pluribusque gentibus usurpata appellacione *Theuth*; ab hoc enim illi & à primo mortalium Manno, id est Adamo, è terra condito originem se ducere prædicarunt. Alii ita statunt, *Man* lingua genti vernacula virum significare, *Mannen* viros; ut videri possint Germani, quasi *Gar mannen*, cui conveniens vocabulum Alemanni, hoc enim sonat *Alle mannen*.
- Ad limites Germaniæ quod attinet, vehementer errant illi, qui latius nunc, quam olim, Germaniam patere, ex Ptolemæi Geographia affirmant, maxime ii, qui duplo majorem faciunt. At secus alii sentiunt, qui dimidio minorem censent. Elsatiam, Lotharingiam, Treviros, Luceburgenses, Brabantios, Iuliacenses, dimidiam partem Gelriæ, Hollandiæ, omnem Zelandiam, ac Flandriam hodie accessisse ajunt.
- Z z z Nos